

Ann. III.

Num. XIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LONDON W. - 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w 95th St.

IN CANADA

ET NEWFOUNDLAND
NEW YORK (U. S. Amer.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM
LIBRAIRIE VIC ET AMAT
CHARLES AMAT SUCC.
Rue Cassette, II.

IN HUNGARIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
Rue de Metz, 41.
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

QUAE XX SAECULO FACIUNDA XIX SAECULUM SCHOLIS TRADIDERIT	Senior.
SINENSES PUGILES	A. Costaggini.
THOMAS KETTELER	P. Alt.
ROLANDUS ADOLESCENS	I. Antonelli.
AD SOLEM. QUINGENTESIMO RECURRENTE ANNO AB ACADEMIA CRACOVIENSI		
INSTITUTA CARMEN SAECULARE	I. Wabner.
“SEROTERAPIA” APUD VETERES	G. P.
BONARROTH ABSIS FLORENTIAE	Alpha.
ROMULI SEPULCRUM ET VOLCANAL	Romanus.
GHERARDI “DELLE NOTTI”, TABULA COENAM REFERENS	X.
DE AUXILIO NAUFRAGIS FERENDO	R. Spina.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE	P. Angelini.
QUOMODO BERLIOZ MUSICIS SE DEDERIT QUI MEDICUS PROPE EST FACTUS		Laelius.
DE MODO ET RATIONE EDUCANDI TAUROS AD CURSUM PENES HISPANOS	..	Hersilus.
QUAESITIS RESPONSO - De una eademque recta apud omnes pronuntiatione latina	H. D. V. Pieralice.
QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE - De Henrici Sienkiewicz commenticia fabula quae inscribitur: <i>Quo Vadis?</i>	Vox Urbis.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	I. F.
AENIGMATA	F. Palata.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Sinensis orbis circumvallatio - Ambulatoriae aedes Iustitiae - Temporis per hebdomadas distributio - Ioci	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCC

LIBRI ET COMMENTARI RECENS DONO ACCEPTI

NATALIS ALLEGRI De Asiatico Cholerae morbo animadversiones annorum 1837, 1854-55, 1866-67, 1887. - Taurini edid.

B. Marchisio et fil.

HENRYK SIENKIEWICZ. Quo vadis? Racconto storico dei tempi di Nerone. Versione italiana di FEDERIGO VERDINOIS. Nuova edizione riveduta e purgata. - Edid. Neapoli Detken et Rocholl; Romae Desclée, Lefebvre et Soc., 1900.

BERNARDO M. Dr. SKULIK. La città di Rieti. - Brighton, Iowa.

— Whiskey. - Chicago ed. Mayer et Miller, 1900.

Prof. LUIGI CHIESA. La base del realismo e la critica Neokanziana. - Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1900.

El Cuintu la Xana. Poema simbolico original de FRANCISCO GONZÁLES PRIETO. y..... con un prólogo de MIRANDA. - Gijón, ex off. Industriae

FRANCISCO GONZALES PRIETO. Romances Moriscos. - Gijón, ex off. Industriae, 1900.

L'amico della gioventù. Singulis hebdomadis prodit Verona.

Atene e Roma. Commentarius cura Italae Societatis ad litterarum studia vulganda editus Florentiae-Romae.

Index rerum an III, n. 17: Per il tempio degli studi (G. Rosati) - Le guarigioni di Asclepio (A. Franchetti) - Intorno alla scuola classica (E. Pistelli) - Recensioni - Notizie varie - Atti della Società - Necrologio.

L'Ateneo. De litteris et bonis artibus commentarii. Singulis hebdomadis prodit Florentiae.

Index rerum an XXXII, n 15: Ottave e rispetti dei maggiaili (B. Nelli) - Versi (C. Checucci, R. Botti Binda, B. Festalotti) - Ancora sull'arte (B. N.) - Addio, novella (A. de' Cignaroli) - Emigranti: Prima traduzione italiana di un racconto di E. Sienkiewicz (C. F.) etc.

Atti dell'Accademia Properziana del Subasio. Assisi.

Bollettino del museo civico di Padova.

Conventus alter de Archaeologia Christiana Romae habendus. Commentarius authenticus. (N. 5).

Cosmos Catholicus. Commentarius menstruus. Romae.

La Croce. Singulis hebdomadis prodit Neapoli.

Divus Thomas. Commentarius inserviens Academii et Lyceis scholasticam doctrinam sectantibus. Placentiae.

Emporium. Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.

Index rerum fasciculi mense Maio 1900 editi: Artisti contemporanei; Stefano Ussi (R. Pantini) - Arte retrospettiva: I ritratti di Isabella D'Este (A. Luzio) - Letterati contemporanei: Alfred Tennyson (Dott. Ulisse Ortoni) - Caccie nell'Africa equatoriale (F. G. Scheibler) - Le cascate del Krka (Viatör) - I sanatori pei tubercolosi (Dott. C. Bonelli) - Necrologio.

Ephemerides Liturgicae. Singulis mensibus Romae prodeunt cura Congr. Vincentianae.

Giornale Arcadico di scienze, lettere ed arti. Romae.

La Madonna dei bambini. Catinae.

Il Marzocco. De litteris et artibus commentarii. Florentiae.

Index rerum an. V, n. 24: Dal discorso commemorativo « Giustizia di Dante », « Il Priorato e la Visione » (I. Del Lungo) - Ricordi del Priorato di Dante (O. Bacci) - « Tra i lazzzi sorbi » (G. S. Gargano) - I Priori in Palazzo Vecchio (C. Mazzi) - Exul immetritus (A. Conti) - Il ritorno di Dante (A. Orsi) - Dentro dalla chiesa antica, « La casa di Dante » (Il Marzocco) - Marginalia, « Da Ravenna a Firenze ».

Minerva. Recensionum recensio, moderatore Friderico Garlanda. Romae.

Singulis dominicis diebus prodit, scripta maximi momenti, quae sive in praecipuis commentariis, sive in libris vulgaribus, accuratissime referens.

Index rerum an. X, vol. XX, n. 1: I manichini di oggi (Revue Encyclopédique Larousse) - Come aumentare l'energia umana con speciale riguardo all'utilizzazione della energia solare (The Century Illustrated Monthly Magazine) - Fra i Boeri: I loro metodi di attacco e di difesa (Scribner's Magazine) - Posizione e importanza della Rumenia nella famiglia degli Stati europei (Deutsche Revue) -

Accampamenti estivi per ragazzi (The American Monthly Review of Reviews) - Un fondatore di giornali (*Die Nation*) - Napoleone il Grande e Napoleone il Piccolo, nella poesia satirica di Victor Hugo (*Revue des Cours et Conférences*) - Gli alberi nelle città (*The Forum*) - Sommari: Riviste italiane - Da una settimana all'altra (*Rip*) - Spigolature - Nel mondo delle arti belle - Fra libri vecchi e nuovi - Notizie bibliografiche.

Nuntius Romanus. Romae.

L'Oriente Serafico. Commentarius editus cura fr. Minorum S. Mariae Angelorum ad Assisium.

L'Osservatore Cattolico. Diarium Mediolanense.

La Ricreazione. Commentarius bis in mense editus Tergeste.

Rivista d'Italia. Semel in mense prodit Romae.

Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie. Semel in mense prodit Romae.

Index rerum fasciculi LXXXVIII: Del metodo nelle scienze sociali (G. Molteni) - Il Congresso antischiavistico a Parigi nel 1900 (F. Toll) - I poveri nel comune di Bergamo (Dott. C. Scotti) - Il secondo Congresso di archeologia cristiana (Prof. C. Stronati).

Praeter scripta haec videre in hoc commentario placet librorum commentariorumque recentissimum maxime copiosam.

Rivista politica e letteraria. Semel in mense prodit Romae.

Rivista di storia antica e scienze affini. Messanæ.

Il Santuario di Caravaggio. Caravagii ad Bergomum.

La scuola secondaria italiana. Singulis hebdomadis prodit Mediolani.

Valle di Pompei. Commentarius editus ad solamen puerorum, qui, cum parentes habeant in vincula coniectos, hospitio ad Pompeios accepti sunt.

La vera Roma. Singulis hebdomadis prodit Romae.

La Vita internazionale. Bis in mense prodit Mediolani.

Index rerum n. 11: La fine della guerra anglo-boera (E. T. Moneta) - Patriottismo europeo (G. Novicow) - Arte e Scienza (G. Sorgi) - A proposito dell'Università popolare (M. Borsa) - L'Esposizione della pittura lombarda nel secolo xix (A. De Carlo) - Bozzetti londinesi: Una dimostrazione operaia (A. Agresti) - I nuovi libri francesi (Evelyn) - L'origine del bacio (G. Natali) - La tutela dell'arte (A. Cervasolo) - Note scientifiche (A. Crespi) - Con tre sorelle (poemetto) (E. Fabietti) - Note politico-sociali - Tra libri e riviste - La caricatura internazionale.

Vita Nova. Ephemeris, cura Societatis iuvenum atheneorum studiis vacantium. Neapoli.

Index rerum an. IV, fasc. 12: I doveri dei giovani cattolici nell'ora presente (F. Degni) - La Massoneria dopo Leo Taxil (A. Pavissich) - Gli infortuni sul lavoro e la legislazione italiana (T. Sacchi-Lodispoto) - Il matrimonio istituzione sociale (D. G. Cantagalli) - La restaurazione della civiltà in Cristo (G. Bro-sadola).

Vittoria Colonna. Commentarius ad Italas mulieres. Bis in mense prodit Neapoli.

Studien und Mittheilungen. Reigen.

Obnova. V. Hradci Králové.

Vlast. V. Praze.

L'Association Catholique. Revue mensuelle des questions sociales et ouvrières. Lutetiae Parisiorum.

La Papauté et les Peuples. Revue internationale des sciences sociales, d'histoire et de droit public chrétien. Lutetiae Parisiorum.

Index rerum an. II, n. 2: La Papauté et les Peuples (Jos. C. Cortis) - La politique du « Ralliement » (L'abbé Gayraud) - Les « Néo-Guelphes » en Italie (E. Vercesi) - L'Arbitrage du Pape e la Conférence de la Haye (Hauptmann (d)) - député au Landtag Prussien - Son Eminence le cardinal Rampolla et l'Union des Églises (G. Goyau) - Les Missions catholiques françaises à l'Exposition Universelle de 1900 (A. Guasco) - Cour de Rome.

La petite Revue Internationale. Singulis hebdom. prodit Lutetiae Parisiorum.

Bulletin Bibliographique internat. Bruxelles.

Revue Bibliographique Belge. Bruxelles.

Revue Neo-Scolastique. Lovanii.

Boletin-Revista de la juventud católica de Valencia.

La Crux. Madriti

El Eco Franciscano. Santiago.

Revista Católica de las cuestiones sociales. Madriti.

Revista critica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas. Madriti.

Revista Ecclesiastica. Valdoleti.

La Semana Católica. Madriti.

Amerikanski Slovenec. Tower.

L'Artisan. Revue mutualiste. Montreal (Canada).

La Semaine religieuse. Québec.

El Católico. Santiago de Cuba.

Der Herald des Glimbens. St. Luis Mo.

Diario de Centro America. Guatemala.

Johns Hopkins. University Circulars. Baltimore.

Katholischer Mesten. Dubuque.

The Messenger of the Sacred Heart. Neo-Eboraci (U. S. A.).

Niagara Index. Niagara University. N. Y.

Revue Ecclésiastique. Valleyfield in Canada.

The Review. Singulis ebdomadis editur Saint-Louis M. (U. S. A.).

The Rosary Magazine. Patrum a S. Domingo praeconium menstruum. Somerset (Ohio U. S. A.).

The Church Progress. St. Luis Mo.

The Tidings. Los Angeles, Cal.

Le Messager de Tahiti.

Our Alma Mater. St. Ignatius College. River-view, Sydney.

I-wen-lou et Revue scientifique. Zi-hai = Shang-hai.

QUAE X

XIX SAE

NEMO assurge quem aegre tummodo de scentium col saeculum dis sonis quidem tem si prop consideraveri que commun

Et sub iuc tamen anceps Ubi enim in quid maxime reipublicae e vox circa te pueris institue re augenda, assequendis, dis, in omnib militiaeque su que optimo p

Inveterass crebuisse sciti riculosam reip académiae op mores autem parentibus. At nominis rever mores, nisi lu liquas familias Quum ergo c menti capiat, erudiendi atq

At educat religiosa. Vel miliarem uti in quibus na idoneus. Qua scholae credi plinem tantum civilem, aut proferunt, in formae», du

sunt politica, et moralia str spectata ac tabus? Et quid nocentia est a probitas et h

publicas tabu terrorem pra habet, nisi et rum tracta ra

Dociles ei egregios, opt

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETIIUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

QUAE XX SAECULO FACIUNDA XIX SAECULUM SCHOLIS TRADIDERIT

NEMO autem me, recenti ex aegritudine vix assurgentem, toto velle et posse potiri campo, quem aegre Tulliani fluvius irroraret ingenii. Tantummodo de institutione dicam, qua mentes adolescentium colenda sunt, et quam dilabens omnino saeculum dissonis interdum sententiis ventilavit. Dissonis quidem, si rationem inspexeris, consonis autem si propositam cuivis metam ex disceptantibus consideraveris, nempe utilitatem singulorum, bonumque commune.

Et sub iudice lis pendet adhuc incerta, non adeo tamen anceps, ut nullimode componenda videatur. Ubi enim inclarerit quid prae reliquis praestet, quid maxime opportunum atque utile futurum sit et reipublicae et privato cuique, una erit apud omnes vox circa terendum iter in disciplinis tradendis, in pueris instituendis, in adolescentia alenda, in familiari re augenda, in amplificanda republica, in honoribus assequendis, et concedendis, in magistratibus gerundis, in omnibus denique officiis ac munieribus domi militiaeque subeundis, et absolwendis, prout unicuique optimo par.

Inveterasse autem et nonnullorum pertinacia percrebuisse scitis opinionem, perniciosa singulis, periculosam reipublicae, qua unicum scholae, unicum academiae opus esset scientia adolescentes erudire; mores autem fingere, animos ad virtutem formare, parentibus. Atque hoc libenter paterni maternique nominis reverentiae omnes concessissent, nisi perditim mores, nisi lues illa, quae *egoismus* iure dicitur, reliquias familias et rempublicam pariter vulnerarent. Quum ergo cavendum sit ne quid res publica detrimenti capiat, duplex dandum scholis videtur officium, erudiendi atque educandi.

At educatio triplex, civilis nempe, politica et religiosa. Velim etiam quartam addere speciem, familiarem utique, ut singularum societatum speciei, in quibus naturaliter homo est, cultus respondeat idoneus. Quadruplicem dicamus igitur educationem scholae credendam; non enim illis assentior, qui duplum tantummodo adducentes, moralē scilicet et civilem, aut imperfectum quoddam, aut confusum proferunt, in quo « nec pes nec caput uni reddatur formae », dum inter civilia iura et officia, illa, quae sunt politica, ebulliunt, dum in ea quae politica et moralia struis, religiosa convenient inopina, inexpectata ac tamen suprema. Quid leges sine moribus? Et quid absque religione mores? Angusta innocentia est ad legem bonum esse; multa sibi fides, probitas et humanitas vindicant, quae omnia extra publicas tabulas sunt; neque ipsa lex aliquid, praeter terrorem presentem, callido facile cuivis vitandum, habet, nisi et iusta, et aequa sit, et a numine deo rum tracta ratio.

Dociles effingat schola filios, matres et patres egregios, optimos cives, integerrimos magistratus,

austeros iudices, pios milites, remotis iniquis imperis, necesse est. Atque hic, et hinc orta dissidia, quae saeculum decedens comprimere non potuit, immo etiam, acuens aestu contentionis, longius eos disgregavit atque disiecit, qui paulo ante proximi disserebant.

Quæstiones igitur huiusmodi non absolvendae et resolvendae modo, sed omnino aptandæ sunt ad usum vitamque nationum, ad bonum civitatis atque familiae, ut illa sternatur via generi humano ad ea tantummodo sentienda quae recta, bona iustaque sint, ad ea omnia superbius reficienda et responda, quae societatem, cuiusvis nominis et generis illa sit — nos autem nihil prater bonum et honestum presumimus — quomodocumque possint labefactare.

Quippe tunc erit optimum omnibus, quum quisque, pacata republica, et optime agat et beatissime vivat; tunc erunt generis humani deliciae, quum terra erit sermonis unius et labii eiusdem, non quod omnes idiomatico loquantur eodem, sed quod omnes prius illa querant, quae universis, non quae sibi prosint; tunc erit pax et felicitas temporum, quum non una lex erit Athenis, alia Romae, alibi alia, sed eadem intemerabilis ubique ac perpetua, unusque legis moderator, qui rerum hominumque Pater et Auctor, Deus. Scimus enim, docente nos historia, eas præevaluisse maxime gentes, quae tali sunt usæ concordia; et videmus nunc Europam nostram Asiae et Africæ præstare hac ipsa de causa, idemque eas exhibere gentes, quae Europa deductæ unitate magna in America et foedere valuerunt.

Atque hic operæ pretium est, atque hic omnino pondus, ut ita inter se concilientur iura, ne iura aliena concilient, ita inter se diversa conseruant officia, ne aliud proximum implicant vel remotum, et amice inter se coniurantia bonum tam in singulos quam in universos aequo cornu plenoque diffundant, ne, dum flumen conficitur, rivos arescat.

At quo ritu haec adstrui possint, ego, potiusquam ab obscurissimis conjectationibus, et acribus disputationibus, deducendum ex historica animadversione puto, qua inquiratur undenam populus ille late rex, qui terras omnes possedit in consilio et patientia, illud assequutus sit, quod quingentis annis obtinuit, quodque non amisisset, nisi ambitione privatorum civium, nisi luxu, vitiisque asiaticis, punicisque romanae contabuissent virtutes.

Atqui, si Horatio credimus, omnia in moribus, quibus imbuantur adolescentes, posita sunt; non enim aliud in illo saeculari carmine Romani imperii ad incolumentatem precatur, praeter hoc unum:

Di, date mores facili inventae!

Mores autem iuventae inserere scholarum disciplina potest, ac debet; quae enim teneris ab unguiculis discimus, altius haerent animo, nec facile oblitione teguntur primo, inde delentur.

Ita quidem illa redibunt tempora, quibus plebs omnis leges optimas rogata ferebat, leges inquam,

quae viginti et quinque abhinc saeculis durant, tempora quibus Cincinnatus et agricola fortis, et bellator strenuus, et imperator callidus, et dictator sapiens ferebatur, totidemque erant in Urbe Fabritii et Cincinnati quot homines, quibus quingentis et quindecim annis sancta et indissolubilia conjugia, servanda numina, patrique mores colendi semper obsequio fuerunt, et, si qua in rebus immutanda publicis essent, ea virorum et parentum consilio, non seditione filiorum movebantur. Dolui enim diu bona fide hosce ultimos omnium tumultuum ac perturbationum condimentarios esse factos, qui, cerei in verba flecti, facile in pericula coniunctur a factiosis hominibus, magis quam honores, opes sibi molientibus egregio sanguine comparatas.

SENIOR.

SINENSES PUGILES

SINENSES pugiles, quorum nomine orbis his diebus universus insonat, secretam sectariorum originem et ipsi repetunt. Disserui haec in superiori nostri commentarii numero, ac retuli quibus de causis quibusque sacramentis huiusmodi sectae Caeleste, quod nuncupant, Imperium omne a saeculo usque XVI pervaserint, nostroque hoc tempore auctae in dies sint. Nec enim aliunde quam a Nymphaea ceterisque similibus, mutato nomine, sed immutatis consiliis, hodierni pugiles exorti sunt. Quamquam, ut vidimus, quousque externis gentibus litora portusque imperii clausa atque non violanda manserunt, erat sectarum odiis meta proposita Tartaros oppressores expellere, Sinensiumque ingenuae gentis imperium vi et armis redintegrare.

Contra vero, bello infelicitate absumpto, quod ab opio dictum est, postquam moenia portusque exteris patuere, humanitatisque nostræ beneficia una cum diripiendæ suaे patriæ cōnatibus adlata sibi cives animadverterunt, tunc Tartaris regnatoribus extranei omnes ac peregrini, quibus caute semper, immo aegro animo usi fuerant, uno eodemque odio prosequendi additi sunt; utque erat facilis ac tutius, huius invidiae rabiem in sacrarum expeditionum inermes aedes ac sacerdotes maxime converterunt.

At supervenit ecce novum, nec minus infaustum, cum Iaponensis bellum, quo tandem perfecto, gubernantium oculis planum evasit quam facile europæis legibus moribusque exulta natio vetusta insipientia imbelles, etsi maximis naturæ viribus præditos cives exsuperasset. Itaque dignum sapientioribus visum est, populum etiam suum ferreis viis, electricis funibus, machinis vapore actis, loriciatis navibus, manuballistis denique bellicisque tormentis instrui cito atque praemuniri, ut quodammodo urgentem iam Europæorum avaritiam et cupiditatem morarentur, dumque possent, arcerent.

Accidit vero forte ut consilia haec a Sinensium factione, utpote a litteratis hominibus et excultioribus.

maxime promoverentur; quapropter odio atque similitate veteri non abdicata, Tartarorum fautores contra pugnare unguibus et rostris coepere. Acuerunt discordias imperialis aulae familiaeque vicissitudines, nec incundae sane nec innocuae, quoque nostrum hoc tempus advenit, quo imperatorem iuvenem Sinensibus faventem ipsa mater, Tartarorum barbariem scatens, in vinculis quodammodo detruerit. Haec inter Germani Kiao Tchau, Russi Port-Arthur ac Ta-lien-van, Angli Hai-wei, Galli Kuang-To-ku allii post alios militari manu diripiebant; quapropter rude popularium ingenium inter Europaeorum malas cupiditates eorumque optima utilissima domi bellique inventa non amplius percepit, omniaque simul repellenda, abradenda, vastanda atque comburenda sibi suasit, ut patriam incolumem servaret.

Inde igitur nova haec atque unica tot secretis collegii meta, imperanti mulieri eo carior quo magis distracta ab eius Tartara gente odia, nonnisi in extraneos flagrare atque invehi viderentur.

Tunc fuit quidam sicariorum dux Biu-hung-teng qui per En-Sien atque Pin-jing-sin fines collegium hoc novum constituit, cuius primae res gestae non nisi depopulationes sacrarum catholicorum aedium atque fidelium clades fuere. Obtestantibus autem Europae legatis, militari manu contineri turbas oportuit; quae tamen effugientes convenerunt iterum, seseque magica arte ferro atque missilibus non vulnerandos blaterantes, in maximum numerum breviter excreverunt. Attamen, ut sua consilia tutius maturarent, gymnicis ludis unice intentos sese similarunt, qua calliditate factum est, ut imperialia decretta in secretas sectas evulgata vitarent. Inde «Pugilum» nomen iis datum, quo tandem, superiore anno occidente, in lucem rediere, defectaque persona, suum aperte consilium hac formula evulgaram: «Pugiles patriae caritatis atque pacis ut Tartarorum imperantem familiam extollant per imperium unice contendunt, utque extraneos omnes usque ad unum interficiant».

His propositis consilisque patratae iterum sunt adulterationes, clades, ruinae, quas quotidie ab inito anno diariis edocemur, et in praesens discriben Si-nensium fata ita adducta ut de unitate atque libertate imperii postrema iam agitari coepirint.

A. COSTAGGINI.

~~~~~

#### THOMAS KETTELER

**V**IRUM amplissimum dignitate, auctoritate gravissimum, indole suavem, eumdemque ingenio accerrimum, et praeclare celeberrimum factis, quem fides et pietas, quem vita moresque laudarunt, quem amici pariter atque inimici venerati sunt vivum, dilexere sepultum ac diligunt adhuc; virum, cuius memoria in benedictione est apud cives et exteriores, nos neque laudare audemus, neque praeterire silentio. Itaque cum de eo, quinquaginta post annos ab adito Maguntino episcopatu, scribimus, ita scribere nos profitemur, quasi de quibusdam eius gestis, non de eo dicamus; gesta autem eius, dum currente calamo attingimus, ab imagine ipsius ac nomine separare non possumus.

Etenim Thomas Ketteler, ubi episcopali usus est solio, omnium in se gentium oculos mentesque convertit; nam sicut quasi vir propheta potens in opere et sermone, cuius opera suavissima humanitatem, benignitatem, caritatem; candidi sapientesque sermones, altum diuque versatum in mente consilium, et animam futuri compotem, futurisque prospicien-

tem casibus ostendebant. Quapropter, etsi mortalibus prorsum functus officiis, vivit adhuc, et, quasi Eli-seus alter, in virtute magna assurgens a tumulo persequitur mirabilia, quae vivus iam inde excitarat.

Quum enim, anno 1837, ad iudices Monasterienses operam daret, aestuante illa pugna, cui a Colonia Agrippina nomen, indignatus non mediocriter est; siquidem res non aequo et iusto regi videbat, sed studio partium, sed invidia perferri. Insolens iniquitatis, sese a munere omni abdicavit, sacerdotium initivit, ut, quasi novus Cato christianus, libertatem Catholicae Ecclesiae obex Caesari inexpugnabilis tueretur, animam prius quam propositum depositurus. Qui igitur ab anno 1844 ad annum 1846 presbyter fano Beckumensi addictus, qui ab anno 1846 ad annum 1849 parochus Hopsteniensis, qui ab anno 1849 ad 1850 annum Edvigiano clero Berolini praepositus fuerat, ubique fulgebat moribus, verbis, actis, quibus nobilitas inerat sanctitatis et gratiae, et grandis maiestas omnis virtutis, omnia temperante modestia, conciliante urbanitate, gubernante prudentia. At, obstupentibus cunctis, primum intonuit quum, anno 1848, ad concilium Francofurtense Hopsten delegatus, suae ecclesiae populi sibi crediti iura acerimus vindicatus est, tantaque ingenii laude, tanta vi pro his pugnavit, ut quasi novus Athanasius videretur et audiretur. Quod quidem iudicium mox probavere sermones, quos, duobus legatis Borussis imperfectis atroci scelere, ille Tulliano more toto pectore effudit. Sexies inde loquitus in maximo Maguntiae templo quad socialismum, quem dicunt, rem totam argumentis distributis dispositisque explevit. Qui quidem sermones, Decurtins teste, tales tantique sunt, ut placita Caroli Marx, rerum omnium in subversionem conspirantia, penitus ad conservationem, et profectum converti posse, afflante et vivificant christiano instinctu, monstraverit.

Post haec autem ita intendit operibus ut, quae dictu possibilia probaverat, factu facilia paeberet. Nec mora. Socialistarum sententias singillatim enumerans, eas non vaniloquii obvolutas, sed doctrina luculentissima, disciplina sanctissima ad legem Domini referebat, et iustitia simul et caritate satagentibus, quae societati hominum, quae operariorum necessitatibus et iuribus consona erant, quasi aurum e scorii purgaret, proferebat in medium, mox ut fierent urgebat. Se esse enim dicebat episcopum (erat autem), cui grave pondus impositum prospiciendi quae suo ovi optima essent; maturare vero tempora, quibus necesse foret haec praeccavisse, quandoquidem gubernatoris sit ita disponere ut, antequam pelagus turbine flagret, omnia praesto sint aut ad tuendam navem, aut ad minuenda pericula, aut ad pugnandum adversus furentis fluctus oceanii. Pauperes, addebat insuper, pars hereditatis Dominicanae sunt, quam Ecclesiae moriens in cruce tradidit Christus, qui sive numero, sive curis, sive calamitibus magnam Christi imaginem referunt. Catholicae igitur Ecclesiae est, pauperum suscipere causam tuendam; ut quae pauperes olim servitute liberavit, quae servitutis iura, catenas, carceres, infandaque singula compescuit, quibus heri in servorum corpora saeviebant, pauperes nunc ab iniuria et egestate liberet, placidoque statuat in portu, atque ab omni discrimine tueatur. Quae cum ille effunderet, ita nitebat oculis, ita voce sonabat, ut apud quamplures sententia iam inde fuerit, esse in eo aliquid apostolicum et singulare, quod saeculo delabenti novum adipiscendae sanctitatis iter et gloriam praemonstraret.

Quid de hoc vaticinio futurum sit, ignoramus; at certe scimus Thomae consilio, ductuque et exem-

plo illa caritatis catholicae incendia reviviscere, qua, primum, quod superest a divitibus erogetur in pauperes, tum mille per artes modosque pro operariis leges fiant, quibus nec diuturno labore opprimantur, nec debili aetate, morbis derelinquantur inopia morituri, tum familiae cuiusvis operarii consulatur, prospiciatur mensis nummariis propositis, quibus vivant, tantillum si quavis hebdomada in his deposuerint, tum additis presbyteris qui regant, qui curam animarum gerant, qui levamen illud miseriarum omnium, nempe legem Dei, moresque christianos, in iis alant, ac extingui non sinant, qui pecuniosos, qui redemptores operum arguentes, obsecrantur, increpantes in omni potentia et doctrina, eo adigant, ut nolint vocari domini et heri operariorum suorum, sed patres, sed fratres; sciant autem, nisi praestirent, esse in iudicium durissimum reservatos.

Quotidianus hic fuit Maguntini episcopi labor, quem integritas vitae, caritas in pauperes effusa, humilitas et simplicitas commendabant; nihil enim praecipiebat, nihil verbo docebat, quod non praemonstraret et confirmaret exemplo, omnibus benefiendo pertransiens. Itaque, nobili ortus genere divitias cum posset maximas comparare, mortuus est pauper cum Roma, anno 1878, remigaret Maguntiam. At superstes nomen ingens, et super nomen gloria; nam, ipso veluti principe, nunc de operariis fiunt ac pro operariis leges, et, Ecclesia Catholica afflante, constituitur operariorum societas, quae bono communis pauperum prospicit, atque adipiscitur non turbulentissimis seditionibus civili sanguine cruentis, neque sceleratis incendio, rapina, caede civium, subversione reipublicae, sed quietis omnibus, sed animis in pace compositis, sed conciliatis una ordinibus civium. Quapropter si, quod absit, novus in arma et ignes et expilaciones Catilina castra Manliana posuerit, ab ipsis catholicis, Ketteler praeoccupante, globus et societas emergit, quae desperatorum retardet impetum, et furiantium conatus vimque confringat.

P. ALT.

#### ROLANDUS ADOLESCENS

**P**UERUM quem dapes intuentem reliquimus (1), accepitrem reapse factum gestorumque, quae Carolus imperator vaticinatus fuerat, adimplementum adeptum novae cantiunculae iucundissime persequuntur. Meminerat ferme Carolus, indeque puto tam tute vaticinium protulisse, qui fuerit mos accipitri, aquilae ceterisque bellatoria stirpis avibus a natura traditus, et quae cecinerat Horatius carmine illo notissimo:

Qualem ministrum fulminis alitem,

• • • • •

Nunc in reclutantes dracones,

Egit amor dapis atque pugnae.

Et sane dracones horridaque monstra et prodigia, quae Rolandus aetate auctus eques aut pedes cuspide vel gladio adortus est, nec recogitaveris facile, nec dixeris.

Sed quae carmen profert ab A. D'Avril edito, ut ea propius consectemur, de adolescente verba sunt, utpote quae imperatorio auspicio primam veluti fidem addiderint. Res equidem Pelideam fabulam haud a longe imitatur, quem novimus omnes inter Lycomedis regis Scyri filias a matre absconditum, ne in fatale sibi bellum - tale enim Troianum nato futurum dea mater senserat - ardore pugnandi concurreret. Quem tamen Ulixes, omnium sagacissimus,

(1) Cfr. num. X.

mercato  
acies ad  
Gen  
Agolant  
bellum  
cimumis  
ribus ti  
quatnor  
lescentu  
nentesq  
stodem  
deret. I  
lacessiti  
sensibus  
Deer  
baturqu  
mularum  
tonum c  
que rep  
percutie  
star, su  
paulo pe  
dens co  
vestigia  
Agol  
Christico  
proelium  
ipse filiu  
Durlinda  
itaque, m  
repente  
validi ju  
lum ceci  
tale vuln  
lem per  
spolia sil  
stri digni  
Paulo  
tionem i  
ad Rhoda  
que. Tur  
suaque c  
landum c  
cum pug  
conspicer  
oculis, qu  
lapidem i  
venis: «  
pugnabit  
faciam.-C  
sciscitor »  
At o  
Rolandus  
singulari  
conficiant  
pente fra  
mine, ag  
cuterem,  
lube igit  
amphora  
Aenu  
mulus, g  
genuflect  
mulus, te  
tis caput  
inopinatu  
deicit. R  
in caelo,  
que inter  
tum: cav  
enim ip

mercatorio habitu personatus detegit abduxitque post acies ad triumphos.

Gemina itaque Carolus cavit. Qui cum contra Agolantem, pervicacissimum infidelium regem, ad bellum venire coactus esset, Rolandum nepotem decimunisextum agentem annum, corpore procerum, viribus titanum, in Laonia arce una cum aequalibus quatuor conclusit. At quadam die cum captivi adolescentuli hinnientes equitatus acies transeuntes canentesque tubas iuxta propugnacula exaudissent, custodem deprecati sunt, ut facultatem videndi concederet. Illum autem renuentem iterum posteru die lassiti, tandem pugnis calcibusque oppresserunt sensibusque deiectum relinquentes abierunt.

Deerant vero equi quibus consederent, quaerebaturque iam Rolandus inquiens: « Nunc itaque famulorum more pedites ibimus? » At ecce villici Britonum quinque equitantes obviam veniebant; tuncque repente Rolandus in primum prosiluit virgaque percutiens deiecit in terram; comites, ad sui ducis instar, suum quemque rusticum prostravere, ita ut paulo post quintuplex manus lectissimis equis insidens concitato cursu post exercitus imperatorisque vestigia die noctuque concurrerint.

Agolantes ad Montem Asperum instructis copiis Christicolarum legiones manebat; ibique commissum proelium est. Dimicabat in primis fortissime regius ipse filius ensem distringens celeberrimum, nomine *Durlindana*, equumque corrigen Vigilantinum; hic itaque, momento arrepto, in ipsum Carolum impetum repente fecit, ita ut senescens iam imperator tam validi iuvénis occursum non sustinuerit atque in solum ceciderit. Iamque imminebat regali cervici mortale vulnus, cum adstitit inopinato Rolandus, infideli percussit interfecitque, equum atque ensem spolia sibi abripuit; quare ipse statim Carolus equetri dignitate nepotem remuneravit.

Paulo post Gherardus Viennensis princeps seditionem in regem concitavit, seseque in arce, quam ad Rhodanum flumen constituerat, abdidit munivitque. Tunc Carolus moenia obsidione circumdedidit, suaque castra undique constituit atque ad ea Rolandum quoque nepotem advocavit. Qui quidem, cum pugnaret ad moenia, puellam in summo vallo conspicere sibi visus est colore candido, caeruleis oculis, quae in quemdam ex hostibus oppugnatem lapidem faciens statim necavit. Tunc conclamat iuvenis: « Nunquam hac via me duce oppidum expugnabitur. In mulieres enim impetum nunquam faciam. - Quae vocaris nobilissima virgo? Pura mente sciscitor ». Exhinc utrumque mutuus corripiit amor.

At obsidione nimia diurnitate languescente, Rolandus atque Oliverius bellatores eliguntur, qui singuli pugna in Rhodani quadam insula bellum confiant. Aspera pugna diuque producta, cum repente frangitur Oliverii gladius. Cui Rolandus: « Domine, agnosce me nepotem Gallorum regis: si percuterem, inermem me interfecisse nunquam paterem. Iube igitur novum tibi gladium ferri, simulque vini amphoram; nam vehementissime sitio ».

Aemuli igitur in solo requiescunt cum redit famulus, gladium et amphoram deferens. Oliverius genuflectens prope Rolandum cyathum offert. Famulus, temporis momentum nactus, imperatorii nepotis caput amputare aggreditur; sed Oliverius, nutum inopinatum ratus, pugno praevalido illum in terram deiicit. Redintegratur itaque pugna; at ecce prodigium in caelo, nubes candida, quae bellantes dirimit, eosque inter angelos apparet iubens: « Sat honori datum: cavete ne iterum ad arma descendatis; Deus enim ipse vos prohibet. Proficiscendum vobis in

Iberiam; ibi contra infideles virtutem vestram experiamini ». Tunc mutuo amplexu unus alteri alligatur atque ad invicem mutuam fidem quamdiu vivant despondent, pauloque post ipso imperatore adstante, Aldae, candidae puellae, Rolandique, invicti iuvenis, nuptiae celebrantur. Supervenient attamen repente missi nuntiantes Arabes, ex Massilia profectos urbe, inferiore Galliam ferro et igne pessundare. Rolandus itaque anulo Aldam sibi iungit, quae sponsum vicissim vexillo candido donat, unaque cum Caroli copiis Iberiam versus statim proficiscitur.

Post haec Rolandi celeberrima cantiuncula sequitur, quae cladem ad Montem Asperum refert, ipsamque principis mortem.

I. ANTONELLI.

### AD SOLEM

QUINGENTESIMO RECURRENTE ANNO  
AB ACADEMIA CRACOVIENSI INSTITUTA  
CARMEN SAECULARE

*Dicite, o! carmen pueri et puellae,  
Dicier lapsis quod adhuc nequivit  
Saeculis, me nunc modulante voce,  
Dicite laeta.  
Aetheris, sol, in fluitantibus undas  
Hoc die profer celebri almus orbem,  
Nubibus nullis humeros amictus,  
Splendidus omnis.  
Siderum aeternus pater aeternus rectior  
Augeat longe radios et lumen,  
Ut Cracoviae feras (hoc manet) te  
Lucidiorem.  
O, Dei Mater, tibi servit agmen  
Omne stellarum: sine, sol coronet  
Is capit fulgens, sineque, ut triumphans  
Luceat urbi.  
Scis sed hunc, o! sol, tibi cur triumphum  
Nunc precer? — Nam te mage nunc ovante  
Laus Cracoviae celebratur urbis  
Patriaque ipsa.  
Quis fuisti tu, quoad urbs Cracorum  
Augurante almam due Casimiro  
Litterarum nunc celebrem inchoavit,  
Quam vides, arcem?  
Esse idem nunc vagus inter astra  
Servus et terrae famulusque praepes: —  
Sorte quis versa dignitas auctor,  
Qua pueris nunc?  
Ars Copernici revolutione  
Orbium facta cito liberat te  
Servili iugo, prius et tibi qui  
Imperilarat,  
Parvulum terrae globulum volare  
Circulo cogit famulo meatu:  
Isque, non tristis liberandus unquam  
Sorte, rotatur.  
Causa iam, quare, probius nitescas  
Hoc die, valde cupiam, notata:  
Tu Cracoviae celebrante festum  
Ore clientis  
Gentibus praeco revoca per orbem  
Denuo in mentem radiis coruscans,  
Ut tibi sacram dederit quietem,  
Ulque Polonus  
Siderum metas celeresque cursus  
Doctus explorare academicus vir  
Restituto, quod tibi erat negatum.  
Iure probarit  
Esse se gentis, gladio secare  
Quae valeret vim ceteros prementem  
Ingeniique armis, si opus, ordinare  
Lumina caeli.*

Varsaviae, mense Iunio a. MCM.

JOSEPHUS WABNER.


dives prosequitur dominus, qui postquam illi summo  
in crure notam suae proprietatis inussit, in immanis  
magnitudinis immittit prata longe lateque ad meridiana  
Hispaniae oras patentia. Ibi, suo indulgens  
genio, sub dio iuvenis taurus robore augescit et  
firmatur, atque eam corporis agilitatem animique  
assequitur ferociam, quae bestiarum per silvas cam-  
posque libere vagantium propria sunt.

Exacto anno, taurus solemine quoddam facit per-  
iculum, hispano vocabulo *tentadero* dictum, ut di-  
gnoscatur utrum dignus sit, nec ne, qui tandem ali-  
quando mirandum sui spectaculum praebeat in circo.  
En paucis huiusmodi periculi ratio: in pratum vallo  
munitum vere plurimi id genus tauri inducuntur,  
qui angustiarum impatiens hac illac vagantur sub  
vigilantium oculis custodum. Huc interim locuples  
adventat dominus magno equitum agmine comitante  
instructorum lancea, quae vulnerare quidem, haud  
vero occidere valeat tauros: in eos impetum facere,  
iisque vulnus lancea infligere valde periculosum est  
equiti incepto, minime vero audacibus Hispaniae ado-  
lescentibus, qui huic exercitationis generi multis ab-  
hinc saeculis in usum deducto libenter assuescunt,  
ac proinde magna dexteritate atque animi vi sunt  
praediti, perfectaque pollent arte equitandi.

Dato signo, unus ex tauris e patefacto erumpit  
cancello, ac vehementissimam per patentes campos  
arripit fugam: continuo fugientem laxis insequuntur  
habenis duo equites, qui illum summo in crure vul-  
nerare tota animi certant contentionem. Primo inop-  
noque ictu perterritus procumbit humi taurus, dum  
eques percussor rapido excedit cursu: at brevi, ter-  
rore deiecto, surgit animal atque ad se recipiendum  
apud socios naturali fertur instinctu. Sed quem sibi  
viam ab altero equite praeculdi conspicit, ira ex-  
caecatus praepedientem aggreditur; a quo maxima

cum agilitate summo in humero iterum lancea fe-  
ritur. Stupefactus et multo manans cruore haeret  
animo tantisper taurus; sed postea sui roboris haud  
immemor ac magis magisque ira inflammatus ma-  
iore in equitem se conicit impetu. Quod si ter vel  
quater hostem adoriat, insanus clamor a specta-  
toribus tollitur, qui dominum laetitia exultantem  
gratulationibus summisque prosequuntur laudibus.  
Sed ut ad *corrida* idoneus habeatur, satis est bis in  
equitem impetum fecisse taurum, qui ad ignobilem  
designaretur lanienam, si binis periculis deficeret. Id  
autem summa diligentia totidem iteratur, quot ad-  
sunt tauri experiendi; plurimum enim interest domini  
ne suorum taurorum fama ab incepto labefactetur,  
qui incuria in circum intrudatur.

Periculis expletis, eamdem, ac ante, libere vi-  
vendi rationem iterum suscipiunt tauri, exactoque  
biennio in vastum campum vallo circumdatum im-  
missi, vi atque statu ad quintum aut ad septimum  
aetatis annum augescunt, qui perfectae maturitatis  
tempus plerumque existimatur.

Tunc ad circum, mansuetissimi praeceuntibus bubus,  
praelati ducuntur tauri, qui primorum comitum  
vestigiis inhaerentes facile in urbem ingrediuntur.  
Quod, ad vitanda pericula, fit summo mane, quum,  
somno plerisque indulgentibus, viae libere patent:  
sed Hispani tanta flagrant cupiditate adspiciendi tau-  
ros, ut, somnum atque ignaviam ultiro excutientes,  
vias hinc inde confertis sepiant agminibus, importu-  
nisque clamoribus morituros excitent quadrupedes,  
qui civitatem interdum maximo afficiant terrore ac  
detrimento.

HERSILUS.

*Prohibenda est maxime ira in puniendo. Nunquam enim  
iratus qui accedit ad poenam, mediocritatem illam tenebit,  
quaes est inter nimium et parum: cavendum est igitur ne  
maior sit poena quam culpa.*

(Cic. De offic. I.)

## QUAESITIS RESPONSIO

De una eademque recta apud omnes  
pronuntiatione latina.

Donald Macrae et A. Sordet viris clarissimis Hyacinthus  
De Vecchi Pieralice S. P. D.

**Q**UONIAM superioribus litteris (1) feliciter sermonem  
constitimus, cui traditione certa, natalitio iure  
itemque patrio respondere potius debeat sonus vocis la-  
tinae, facillimum cuique erit cuiuscumque gentis ad unum  
labia reducere. Quo fiet uti qui unum sentiant, unum et  
sonent, praesertim cum res geratur non inducendo nova,  
sed eligendo quae apta, non aggravando, quasi superim-  
positis oneribus, nitentem, sed, omni sublata sarcina,  
sublevando volentem.

Adeste igitur, quaeso, secundi adinventionibus hisce  
meis, quas, ubi visae vobis optimae fuerint, auctoritate  
vestra firmate, et vestratibus annunciate, addentes iure me  
in hanc mentem hortatu vestro et laudatione venisse, et  
pro ea, quasi ob egregie factum, Deo Optimo Maximo  
primum, vobis inde, o clarissimi, grates agere maximas.

Itaque illud pono primum, quod caput rei est, nempe  
cuique linguae sonos inesse, qui vocalibus literis latinis  
ad apicem et unguem respondent, quae vocales apud  
exteros aut peculiari puncto notantur, aut certis quibus-  
dam in vocibus continentur. Operae totius ergo summa  
erit quinque illos accentus, quinque inflexiones aut mo-  
dulationes illas indicare, quas adepti semel, memoria iu-  
giter in elocutione et pronuntiatione retineamus, atque  
ita retineamus, ut nihil consonantes literas sive praece-

(1) Cfr. sum. X.

entes, sive subsequentes immutent, nihil affirant, nihil  
detrahant, nihil avertant, nihil convertant, immo et con-  
sonantes ipsae singulae enuncient integrae, et genuinae,  
et germanae, et incorruptae, quales alphabetus dat, non  
quales usus cumulando corrupit, et protinus in diversas  
deduxit. Pace vestra dicam: iuge mendacium est aliud  
manu scribere et aliud ore scire, prout mendacium  
est aliud animo volvere, aliud voce profundere. Evidet  
est enim, quaeso, fratres, *why?* (= *cur?*) scribere, et le-  
gere *huius?*; *who?*, et legere *hu?* (= *quis?*); *housewife* (*col-  
ona*), et legere *housewife?*; *to buy* (= *ebur*), et legere *at-  
buy?*; *virtue* (= *virtus*), et legere: *virtuous?* Sexenta  
perseque nolo tum ne longior s'm, tum ne ferocior in-  
stare cedat. Absit. Exempla cedo, ut probem, non quaero  
voces, ut improbem.

Ad Gallos autem quod attinet, in ea quoque redimus;  
nam *beaucoup* scribunt, et legunt: *bœuf*; *loi*, et legunt:  
*lod*; *maison*, et legunt: *mamoas*. Ut quid, o fratres,  
perditio illa literarum? Possumus, edepol!, et charac-  
teribus et labore parcus uti, ut tempore et vi ad meliora  
fruamur!

Moneo insuper sonum literae g admixtum latenti cui-  
dam h subsequenti esse tantummodo quoties assonet vocalibus  
a, o, u; ac proinde germanico more proferri  
ganno » quasi *ghanno*; *galea* » quasi *ghala*, itemque  
*garrolus* » et cetera; quoties autem accedant e et i,  
male hanc literam efferre solere qui *ghenius*, pro « *genio* »,  
*ghibbus* pro « *gibbus* » pronuntiant, sed haec e et i ita  
sonare debent post g ut aspiratione omni subtata, sonum  
literae g nudum ferant, et nulla h inquinatum.

Dic idem de c; si ante a, o et u ponatur, aspiratio-  
nem literae h secum assert; hanc, si addatur e, vel i,  
prorsus amittit.

Brevissima, atque, ut videtis, facilissima praemonemus,  
nam ceterarum consonantium nudus esto sonus prout in  
alphabeto est.

Summa omnis, quae in vocalibus est, paucis absolu-  
vitur. Duabus autem linguis hac in re tradenda utor,  
quia et maxime in usu hodie sunt, et sere nemo est qui  
illas, quamvis non utatur, ignoret.

Apud Gallos

a latinum sonat in voce *table* = mensa, tabula.

|   |   |   |                                |
|---|---|---|--------------------------------|
| e | » | » | père = pater.                  |
| i | » | » | vide = vacuum, inane.          |
| o | » | » | folle = demens, fatua.         |
| u | » | » | bout = extremum, ultima linea. |

Si ergo Galli exerceantur ut dicant « *Oremus* » quasi  
scriberetur: *Orèmos*, et *Domine*, *caloum*, *iudicium*  
dantes consonantibus vim alphabeticam et non compo-  
sitam, ita ne e sonet g, j sonet i, non gi etc., hi recte  
pronuntiantur.

Angli vero si dicant

a, prout in vocibus *wár* = bellum; *palm* = palma etc.

e, prout in verbo *illo* celebri *ghet*, omnibus aequum  
significand's; *metal* = metallum; *ere* = prius etc.

i, prout in vocibus: *bill* = syngrapha; *hills* = colles;  
*still* = semper.

o, prout in vocibus: *horse* = equus; *fog* = nebula; *coi er*  
= angulus.

u, prout in vocibus: *sure* = tutus; *sugar* = saccarum, etc.

y, prout in vocibus: *styx* = styx; *hymn* = hymnus; *physi-  
cian* = medicus

omnes numeros latinas pronuntiationis absolvant.

Hanc rationem, hunc prospectum, haec etiam, si talia  
velitis, pracepta ad reliquas gentium linguas producite,  
et unicam pronuntiationem habebitis et exhibebitis.

At illud in primis curandum, ut assuecant, qui ad  
opus accedunt, transcribentes more patrio latina verba  
per signa et puncta, nos « *accentus* » dicimus, superim-  
posita literis, quibus romanae pronuntiationi respondeant.  
Post haec, *usus plura docebit*.

Haec vobis humanissimi debueram; haec pro viribus  
praestiti. Vos ne taceatis, aut prematis oro, siquaque potiora  
vobis in mentem venerint, et meliora meis videantur.

Valeatis, auguror, diuque et iucunde vitam agatis, et  
memores estote mei, si quando, utcumque fas erit, vobis  
grata facere potuero.

## QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE

De Henrici Sienkiewicz commenticia fabula  
quae inscribitur: *Quo vadis?*

**D**E Henrico Sienkiewicz de eiusque exquisitis operibus siluisse nos hactenus non sine admiratione lectores plures credimus pertulisse. At nec iure nec prudenter incusare nos de silentio quisquam audebit, qui recogitaverit nostrum hunc commentarium inter primos fuisse qui ad scriptoris celeberrimi opera evulganda maxime conferrent, ea non hoc aut illo sermone edentem, sed latino, quo nulla per excutum orbem linguam latiorem provinciam obtinere certum est. Fecimus id Petri Angelini opera, viri lectissimi, consortis nostri, cuius calamo patrum elegantia compitissimo, *Anthea*, sive *Eamus ad ipsum*, suavissimum Sienkiewicz libellum, lectoribus proposuimus. Nunc vero quoniam notissimus ipsius liber, cui titulus *Quo vadis?* scriptoris famae augendae praeceteris omnibus contulit, placet commentarii tabulas cuique et sociorum et lectorum pandere, ut quae quisque de celeberrima illa commenticia fabula sentiat, ea libere atque sincere profiteatur, quod non sine iucunda omnium eruditione futurum confidimus.

*Vox Urbis.*

## ANNALES

Sinarum sedatio - Bellum ad Transvaal - Advertisationes ad Aureum Litus.

**Q**UAE his diebus a Sinis nunciantur, ea sunt, quibus graviora vix autumari possint. Pechinum, urbem imperii caput, eiusque late provinciam, quam Pe-tcheli vocant, ad Flavum usque mare per Tien-tsin urbem et Ta-ku portum, Pugilum seditionis turbae una cum integris exercitus legionibus funditus pessundant atque pervstant, Europaeorum aedes et opificia comburentes, extraneos interficiens, praeceteris odiu in sacrarum expeditionum domus et tempa effundentes, et in Christicolas omnes, quos nefariis suppliciis excruciant.

Novimus plane metu et stupore factum esse, ut multa passim tradarentur, quae rerum veritatem posthaberent, veluti, puta, Iaponensium Germanorumque oratores fuisse imperfectos, atque imperantem regalem foeminam a seditionum furore ipsa sua in urbe ab aula pulsam, sese in Russorum siennenses aedes recepisse. Certum est tamen, exterorum gentium legationes earumque domus, quotquot Pechini exstant, a seditionis turbis ita fuisse interclusas, ut nullus iam ad eos auxiliandos, nonnisi per vim, aditus pateat.

Contendebant ad rem copiae ex cuiusque gentis navibus in litus immissae, quibus Seymour, Anglus navium praefectus, praerat; has autem perduelles copiae undique circumstetisse dicuntur, ita ut nec progrexi amplius Pechinum versus possint, nec reverti ad suos. Quibus prospere cedentibus, barbarorum milites eo aucti animo sunt, ut Tien-tsin urbem rapida obsidione circumdederint, ubi etiam sua sclera iteraverunt, indeque ad Ta-ku portum processerint. Stabant contra moenia anchoris innixa Europae, Americae, Iaponiaeque navigia, in quae summo mense ex urbis munitionibus ballistis ignivomis missilia coniecta sunt. Tunc statim, Russorum navium praefecto moderante, integra classis ictus contra ingeminavit, quibus breviter oppidum fere omne combustum globorum flammis periit. Tunc classiarii, scaphis ad litus appulsis, districtis mucronibus muni-

menta urbis et castrorum quae supererant aggressi sunt, breve lucta expugnarunt.

Properant autem quotidie ex Anglia, ex Philipinis insulis, ex Indiis Anglorum, ex proximis Gallorum coloniis, nova Europaeorum agmina, eaque pariter instruant Itali, Galli, Germani, Austri et Russi, ut tantum periculum cito et rapide cohabeatur.

\*

Transvaalianae civitatis ultimi adsertores, qui iam iam in deditioinem venisse credebat, exsurgere contra heic vel illic ad Anglorum latera et post terga postremo hoc tempore cooperant, hostesque sua iam patria potitos assiduis ad velitationibus lassire. Huiusmodi vero proeliorum fortuna etsi Anglis plerumque arriserit, minime efficit ut Boerorum constantia minueretur. Qui contra ex iniquo proelio cedentes, sospites semper liberique evadunt, atque alio in loco convenient, ut brevi, arrepta occasione, propitiorem pugnam redintegrent. Sed Methuen et Kitchener duces ad Rhenoster flumen Dewet Boerorum ducem superarunt, eiusque loca occupavere; cum interim French adversum sibi Botha, supremum Boerorum imperatorem, et ipse vicit, ita ut iam credere liceat Anglorum itineria a Boeris non posse in posterum intercludi, neque commeatu eos prohiberi. Ceterum, dum scribimus, inducias hinc inde pactae habentur.

\*

Reliqui horum dierum publici eventus Anglos pariter attinent, exque Aureo, quod nuncupant, Littore in ipsa Africa nunciantur; Carrer nempe tribunum militum inde prefectum, copiis, quas Hall centurio moderabatur, tandem occurrit, ut ambo coniunctim et perduelles barbaros adorti, in fugam converterint, non vero sine magna suorum clade.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS  
LEGIBUS FERENDIS

**I**N Africa Anglorum colonia, cui a Capite nomen, cum factio qua Boeris atque Africanae libertati favet reipublicae praesidem eiusque collegas suo se munere abdicare coegisset, novum collegium in eorum locum suffectum est, cui Gordon Springg praest, Anglis benevolentissimus, incolis contra adversarius quam maxime, ita ut iam omnes praevideant utrumque legatorum coetum brevi iri dimissum.

In Gallia rogatio de summis exercituum magistris recens ex officio revocatis proposita latis suffragiis dilata est. Electio legatorum peracta est pariter, ut de venia concedenda reis, ob maiestatis crimen damnatis, inquirat. Proxime autem lex de augendis navalibus copiis expendetur; interea gemina rogatio de coloniis acrius munendi approbata est.

In Germania rogatio de navalibus copiis augendis tertio confirmata est: atque deinde a municipibus constitutum, ut novis huiusmodi expensis aucta vectigalia subveniant.

In Iberia comitotis negotiatorum atque artificum animis ob aucta nimis vectigalia, consilium initum de iis plane non solvendis; quare dictant Villaverde, aerarii praefectum, officium relicturnum.

In Italia vix atque nova utriusque coetus sessio iterum inaugura est, administris et suo munere sponte cesserunt, et Josephus Saracco, patrum conscriptorum praeses, regis mandato, novos delegit, quibus ipse erit praefuturus.

In Lusitania pariter administratorum collegium omnem magistratum posuit.

SCRIBA.

## LIBRORUM RECENSIO

LUIGI GRILLI. *Gli epigrammi idilliici (Lusus pastora*

*tores)* di MARC'ANTONIO FLAMINIO. Versione metrica

- Tiferni ed. S. Lapi, 1900.

Carmina Marci Antonii Zarabini qui, aetatis sue more vestigia patris secutus, cognomen assumpsit Flaminii, quis, licet primoribus labi s litteras gustaverit, non avide legit, eorumque concinnitatem, artificium, leporem non est admiratus? Poetae dulcissimi *Lusus pastora* recens in italicam linguam transtulit Aloisius Grilli, cuius laudes *Vox Urbis* pluries celebravit, et celebrare rursus gaudet. Quamquam haec versio italis distichis distributa minus nervorum vim reddere mihi videtur; quin etiam, ut aperte fatear, et ipsius argumenti delectum, minus probandum censeo. Non enim Flaminii optima *Lusus* hi exhibent, et de recto iudicio quoad auctorem clarissimum in scimus lectorem possunt transversum agere.

FEDERICO GARLANDA. *La filosofia delle parole.* - Romae edid. Societas Latial's (Corso, 319), 1900.

Opus hoc, quod Angli maximo favore exceperunt, iterum super italicice prodit. Sapientum ratione, clara tamen atque explanata, maximas quaestiones liber investigat, quas sermonum studium nobis offert, atque recentioribus inventis repertisque callida sapientia uititur.

Siquidem problemata, nec pauca ferme, nec levia, quae cum verborum indole, origine atque virtute connectuntur, plures sibi ultro proponunt, at in errores saepe gravissimos incident, quos vel ignorantia genuit, vel nimis ieiuna cognitione hodierni sermonum progressus.

Contra hunc librum qui legerint fallacias huiusmodi multas exuent, atque intimorem notionem de sermonum linguarumque natura et legibus acquirent. Nullum itaque dubium quin excultus quisque vir ex hoc doctissimo eodemque faciliter sermonum indolem, que humanitatis omnis magna pars est, longe melius sit perspecturus.

I. F.

## AENIGMATA

I.

Exeo in us: capiti defendo frigus et aestum.

O mihi dat finem? Non mora; fio cibus.

II.

Littera terna mihi: villam, nemus, arvaeque signo.

Unam praefigas; pars ego magna pedis.

Nec cunctare mihi subnectere denuo ternas

Litterulas: dulcis nascitur esca tibi.

FR. PALATA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus cuius titulus:

IOANNIS BERNARDI VIGI

DE SINDONE TAURINENSI CARMEN

curante VINCENTIO LANFRANCHIO.

Aenigmata ann. III, n. IX proposita his respondent:

1) Iaculum - Iaculus. 2) N - omen.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Roma - Guil. Schenz, Ratisbona, in Bavaria - Herm. Gini, Taurinensis aquis - Ios. Crosatti, Poiano Vallispannae, in agro Veronensi - Alph. Dejaer, Pouset in Belgis - St. Figieliski, Rypino - Iul. Sernatinger, Dresden - Bart. Salvà, Arta, in insula Majorica - I. Wilhelm, Cantauria - E. Schütt, Suechtelena - Fr. Sallarés, Sabadello.

Sortitus est praemium:

HERMES GINI,  
ad quem missum est opus, cuius titulus:  
ROME  
SES MONUMENTS, SES SOUVENIRS  
par BOULEROY.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

llici (Lusus pa  
Versione metrica

aetatis suaem more  
ampsit Flaminii,  
averit, non avide  
m, leporem non  
pastorales recens  
Grilli, cuius lau  
celebrare rursus  
stichis distributa  
tur; quin etiam,  
tum, minus pro  
na Lusus hi exhib  
rem clarissimum  
gere.

delle parole. -  
(19), 1900.

exeperunt, ite  
one, clara tamen  
liber investigat,  
que recentioribus  
tut.

erme, nec levia,  
que virtute con  
in errores sape  
a genuit, vel ni  
progressus.

acias huiusmodi  
m de sermonum  
t. Nullum itaque  
hoc doctissimo  
n, quae humani  
sit perspecturus.

I. F.

et aestum.  
cio cibus.

irvaque signo  
a pedis.

io ternas

bi.

R. PALATA.

is interpreta  
em miserint  
atis accipiet

GI

ARMEN

o.

s respondent:

omen.

etiam in

ia, in Bavaria -

iano Vallispan

set in Belgis -

Bart. Salvá,

ia - E. Schütt.

magis impo

onem ex

RS

urisperitus.

cii.

## PER ORBEM

Insolutum, ut puto, at non iniucundum neque insalubre, dum Mauritaniam, Americas, Anglorum Aureum Litus, Transvaal, Sinasque postremo bellorum ruinis percuti utique respicimus, remedium a medico peritissimo, maximaque auctoritate ingenique viro subditum tot malis audivi, neque facere possum quin vobis, lectores, praeseram. Suasit Vilhelmus, Germanorum imperator, quum solemnibus ob canalem primo transeundum adesset, quo Ilva Traveque flumina alterum alteri connexa sunt, Lubeci; totiusque urbis municipes virili oratione alloquens, magno gudio affectum protestatus est eo quod Germaniam de maximis navalibus copiis sibi comparandis extrudiensque statuisset; nec aliter quam ballistis ignivomis Germanorum signa per orbem esse tuenda; quapropter propitium sese obtestari Deum qui breviter nova exstructa classe orbis universi pacem servare sibi esset daturus.

¶

Quare de mundi huius, quem incolimus, pace iam amplius non sollicitus, ad privata aequiore ausu regredior: sed, quae supremi nuncii attulerunt, minus fausta fortasse, quam publicam hanc sponsonem repperi.

In Amburgi enim suburbis, et ipsa Lubeco ab urbe haud multum dissitas, olei officinas alias post aliam incendium voravit: oleum namque flamas alebat inflabatque; eaeque proximum salis nitri opificium attingentes occuparunt, absumpserunt, neque dominibus contiguis parcentes, earum quoque plerasque demolitae sunt. Concurserant sane vigiles fistulis machinisque muniti; at eorum sollicitudo atque audacia non impediret quominus incendiis damna quadragies centena millia libellarum usque exsuperaverint.

Similia passos esse Polonus Varsavia in urbe edocemur, ac septuaginta domos Kock in oppido igne esse deletas, ita ut biscentum familiae suis tectis orbatae adnumerentur. Postremi Zweickau incolae in Austria haec pertulerunt; ad eorum enim moenia lanae texendae opificium combustum est, quod Schmelzer administrabatur, eiusque ruina octingenti opifices manuum labore vitaque sustentamine inopinato caruerunt.

¶

Sed paulo laetiora canamus: pestis luem Argentinam et Paraguay respublicas descruisse, prouti his diebus publicis diariis innotuit. Verum Dakar ad Indos flava febris iterum exorta inter Europaeos, quos corripuit, Buleon etiam episcopum, vicarium apostolicum, confecit, cuius valitudinem in extremum discriminem iam adductam nunciarunt. Aegrotis autem miserrimis brevi fore speramus, ut lympha quaedam salutaris in sanguinem immittatur, prouti in urbe Argentinae reipublicae capite factum est, iuxta Tezni medici institutum, ita ut aegrotantes, qui eo ritu sese praemunissent, nullum morbi tetrici de trimentum experti sint.

¶

Quae dum ominamur ex animo, gratulabimur vehementer Bononiensi illi Pedemontanae pueris, quindecim vix annos natae, quae cum ad praeruptae rupis limen ut herbas colligeret appropinquaret, divulsis repente calamis, quibus innibatur, in abyssum corruit. At, mirabile dictu!, etsi ad centum et quinquaginta mensuras profunditas loci hiaret, ad fundum tamen cum pervenisset non nisi minimis levissimisque

vulneribus sauciata surrexit, nulloque vitae dis crimine ad parentes rediit.

Est tandem in mundo aliquis, cui infortunia male non vertunt!

VIATOR.

## VARIA

### Sinensis orbis circumvallatio.

Murus est, qui Sinense imperium, ne invaderetur a Tartaris, Mongolis et Manciuriis, tuebatur, totusque erat contra septentrionalium gentium incursions. Anno ante Christum circiter decimoquarto super ducentesimum tanta moles, inter septem orbis terrarum mirabilia iure adnumerata, imperante Chi-Hwaugt, qui e familia augusta Tsin primus, aedificari copta est. Traduntur illis iam inde saeculis exstitisse antiquorum reliquiae murorum, fortasse castella certis inter se divisa intervallis, quibus, constituto praesidio, barbarorum impetus arcerentur; haec omnia ferunt, productis hinc inde muris, imperatorem coniunctissime opere perpetuo, quod chilometris mille et quadrangulis solidis munitione ambiabat imperium.

Quadratis turribus interpositis murus ipse defendebatur, cuius altitudo inter quinquaginta pedes et centum attollebatur. Quanta sit latitudo operis hinc noscere poteris, quod sex viri per supra inter pinnas in aciem equitare commode possint. Saepe restauratum est opus, nunc motu terrarum, nunc nimiis imbribus, nunc hiatu soli fatiscens; et feruntur VII a. Christo saeculo quindecim centena hominum millia in restaurationem partim incubuisse, partim novum condidisse murum in regionibus, quae a Cating-Joo ad Nankow, et a Yulin ad Shan-Hai-Kuan pertinent.

Pulcherrimus ab apicibus turribusque praesertim ad Shan-Hai-Kuan subjectarum regionum prospectus percellit oculos, qui libero visu usque ad planities Mongoliae remotissimas, ubi steriles dominantur arenae, spatiantur. Ac tamen vanitas vanitatum, et omnia vanitas! — nihil obstitit murus, nihil prohibuit quominus, propagaculis, valloque vel subversis, vel expugnatis, barbari in regiones imperii ita grassarentur, ut vel ipsa regni summa potiti sint; qui enim ibi nunc regnant, barbara de domo, Manciura scilicet, orti, fortasse discerptum videbunt ac dilaniatum imperium, quod quatuor vel quinque annorum millia ad incredibilem civium numerum, amplitudinemque locorum admirabilem, et ad frequentiam urbium oppidorumque extulerunt.

\*

### Ambulatoriae aedes Iustitiae.

In Americana republica Nebraska miraculum huiusmodi nuper patuit. Scimus enim, et in commentatio nostro, ni fallor, retulimus, apud Americanos in more esse aedes, quae loci conditione aliqua subvertendae essent, ut proprius, vel procul iterum exstruantur, removere a fundamentis potius, atque integras novo in loco eas collocare.

At quod eiusmodi aedicia non modo a fundamentis removeantur, verum etiam ferreae viae imponantur, eoque feliciter, ubi constituenda sunt, devehantur, hoc prorsus novum.

Comitalis ditio Boxbutiana urbe Henningfordio utebatur quasi principe et capite domini. Ibi respondens loco Iustitiae palatium conditum est, in fronte m. 11,60, in agro m. 15,25, et m. 15 altitudine evectum. Nova urbs Alliance felicioribus excita auspiciis, 30 chilom. proxima urbi regionis principi, ita brevi habitatoribus

aucta est, ut longe lateque Henningfordium superarit. Quoniam autem nova Iustitiae arx in urbe Alliance 150 millionum francs exstruenda foret impendio, ad transferendas Henningfordianas aedes minor argenti sufficeret vis, de translatione cogitatum est. Hinc fundamentis suppositae trabes, lapsusque, ut Virgilius vocat, nempe ferrei cylindri subditi trabibus, qui per aequor substratum volverentur commode, et aedem totam lignis constrictam deferrent. Itaque aedificium praeparato tramiti ferro concessum, et vaporitrahæ additæ, quibus ea celerrite moveretur qua singulis horis duodecim chilometrorum iter compleret.

Res feliciter gesta, et nunc arx novo eminet loco, miraturque externo se stare in solo, in quo non fuerat aedificata.

Quid ultra? Iam constituntur nunc illic redemptores operum, qui, certo pretio sibi pacto, urbes integras de regione in regionem deducunt. Quam vere, audax omnia patrare, de se gens illa diceret: « Non habemus hic manentem civitatem! » Ceterum quoad ea que narramus photographicas tabulas testes habemus, singulare aedis iter certis horis, in ipsa via, et rem, et loca, et circa populum referentes.

\*

### Temporis per hebdomadas distributio.

Apud orientales gentes vetustissimas tantummodo divisionis huius et vestigia et causæ reperiuntur; quamquam aut nihil aut fere nihil reliquæ gentes, quae ex Oriente non sint, ex memorabilibus suis reliquerunt, monumentisque mandarunt. Hebrei primum, religione iubente, diem Sabbaticum servavere itemque annum septimum, itemque quinquagesimum quemque annum ideoque *Sabbatarii* ab ethnici appellabantur, ut in Martiale praesertim legere licet. Chaldaeos in hanc puto venisse sententiam inspectis lunae vicibus quae quatuor hebdomadis, aucto insuper die, compleuntur. E Chaldaeis transivit res ad Aegyptios. Eruditis autem persuasio inest idem fuisse apud Sinenses, Persas, et Indos, fortasse etiam apud aliquem septentrionalem populum, eorum quos enucleavi aut moribus imbutum, aut ortum genere. Christiani demum eamdem sibi divisionem vindicavere tum ex affinitate legis hebraicae, tum ex more apostolico, immutato tamen festo die quo hebdomadae dirimuntur; nam a Sabbatho ad sequentem diem transtulere, quem Dominicum Resurrectione Domini vocavere, sanctum et solemnem habuere. Iustiniano Augusto, saeculo VI, a templi limite ad forum, jusque redacta solemnitas est. Festi nunc hebdomadarii dies: Sabbathum apud Hebreos, Dominica apud Christianos, apud Mahometanos Veneris dies, nempe feria sexta, traduntur.

\*

### Ioci.

#### Periclorum plena scientia.

Tiburtius adolescentulum filium gymnasio litteris operam dantem — ah! quid scripsi?... non dantem — severior monebat ut sedulior incumberet; tertio enim frustra discrimin tentaverat. — Ah pater! — inquit Curcumius — si scires, quae ego!... — Equisci sciisti? — quaequivit Tiburtius. — Periclorum — Curcumius inquit — immo pestis in scientia. Quotquot enim tum ex graecis tum ex latinis viris in gymnasio novi, Cicero, Virgilius, Pericles, Homerius, Horatius, aliique sexenti, omnes latina illa graecaque lue interiere! Num et ego?... Minime!

P. d. V.

Desclée, Lefebvre & Soc.

ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE

Acta et Decreta Concilii Plenarii Americae Latinae  
in Urbe celebrati anno Domini MDCCXCIX. —  
Romae, MDCCC. — Vol. in-8° constans pag. cx-462.

Appendix ad Concilium Plenarium Americae Latinae Romae celebratum anno Domini MDCCXCIX.  
— Romae, MDCCC. — Vol. in-8° constans pag. 779.

EDITIO ALTERA

Pretium duorum Voluminum Lib. 10.

Nuperrime prodierunt

CONSTITUTIONES LEONIS XIII  
SUPER  
IUBILAEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS  
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

PHILIPPUS VITI EQUES  
MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT  
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA  
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis  
in Basilica Lateranensi,  
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,  
Eudoxiana, etc.

T. G. Fratrum PARISI  
CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM

PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium  
recognitionibus publice  
habitis maxima re-  
lata munera.

LEO PP. XIII  
honores addidit

Lateranensi Archi-  
basilicae, itemque Va-  
ticanae, quoties de Bea-  
tificatione aut de Cano-  
nizatione solempne sit,  
suppediat.



Praecipua Templa  
cereis instruit ubique  
terrarum. In Asiam,  
Africam et urbem Con-  
stantinopolim mittit  
ingenia rerum huius-  
modi pondera, pretio  
francs 190 pro singulis  
100 Chilogramm.

Si vero ab America  
aut ab Australia petan-  
tur onera (300 Chilo-  
gramm. ad minimum),  
pretium erit francs 225  
pro 100 Chilogramm.

Nullo impendio iubentium  
res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.

LE LAUDI LATINE  
E  
IL CANTICO DEL SOLE

DI  
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro  
rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum inter-  
pretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,  
quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem  
proxime ali subsequentur ad parvam Bibliothecam Franciscanam compa-  
randam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima  
editit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit  
L. 0.50, in pauperum levamen.

Cappponi Franciscus et Soc.

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS  
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE